

- 65 Indiget, et latam possit ut ire viam,
 Qua veheret^a, qua regeret Spiritus auctor.
 His igitur cordis vox una fit omnibus omnis
 Congrua per varios currere docta modos.
 Solus agit cuncta Deus trinus et unus.
- 70 Qualis in erecte^b gradibus fit regula scale^c,
 Talis in arte lire^d seu fidibus cithare^e.
 Laus et honor Spiritui sit genitoris!
 Sic^f, primum medio, medium ne discrepet imo^g,
 Copulat ars mediis summa vel ima modis.
- 75 Laus et honor cum genito sit Genitori!
 Pauca tibi que^h mente bibi de voce canenda
 Sic tetigi, sicut pepigi; tu sume legenda!ⁱ

[XVII.] Anselmo^{k-1}, nepoti archiepiscopi Raginaldus^l.

- L f. 86^b. Anselmo, iuveni claro vultusque sereni,
 C f. 211. Pura sui voti Raginaldus scripta nepoti
 T f. 56^b. Dirigit Anselmi patris, archipresulis almi.
 Si pater Anselmus, mea spes et apostolus almus,
 5 Huc remeavisset, Deus et mihi^m restituisset,
 Hunc ego fovissem, celebravissem, coluissem.
 Non redit ille, moras facit²; heu mihi, tempus et horas
 Viteⁿ perdo bone^o, cum sic remorare, patrone!
 Hac miser expecta^p senui, properante senecta.
 10 Me miserum! Quid ago? Sed amanda nepotis imago
 Et species illum mihi prestruit, ergo sigillum^q
 Anselmi quæram, quod habet cum nomine veram
 Effigiem vultus patris, et decor est ibi multus,
 Par vigor aut idem, patri similandus eidem,
 15 Simplicitas ingens, patrumque^s per omnia fingens.
 Cur in longinquum fero te? tu namque^r propinquum
 Oris honore sacri, persona solus alacri,
 Moribus atque probis, conspectu, nomine nobis

a) 'veherent', verbessert aus 'veheret' T; 'veherent qua regerent' C.
 b) 'erecte' C. c) 'scale' C. d) 'lire' C. e) 'cithare' C. f) 'Fit' L.
 g) 'uno' L. C. h) 'quei' L; 'que' C. i) Hier folgt in L. C. T:
 'Domino suo Americo ('Aimero' C) Fagiensi Raginaldus' und 'Ad Fagiam,
 castellum suum' bei Wright, Anglo-Latin Satirists II p. 262 f. k) Ueber-
 schrift fehlt C. l) 'R.' T. m) 'mi' C. n) 'vite' C. T. o) 'bone' C,
 und so oft ohne den a-Haken unter e (statt ae). p) 'hec exspecta,
 huius exspectæ' Glosse T. q) 'syg.' T. r) 'nanque' C.

1) Diesen liess Erzb. Anselm während des zweiten Exils 1103 in Canterbury weiterstudieren. Das Gedicht muss 1104 oder 1105 geschrieben sein. 2) Dies kann erst nach 1103 gesagt sein. 3) Vielmehr den Mutterbruder.